8)

Deditque legatis responsum dicens: "Pacem non abrenuncio a domino vestro ac amiciciam et secrecionem, attamen miror maxime, quare se intromittat de regno et velit dominus esse, cum sit servus natus, cui eciam manum meam dare non possum." Unde legati Theoderici regis indignanter responderunt Irminfrido: Competencius esset nobis tibi dare capita nostra, quam audire verba illa a te, quia pro certo et rei veritate scio, quod manus tue cum multorum Francorum sanguine abluuntur. Unde legati ab Irminfrido rege acceperunt licenciam veneruntque ad dominum suum, prodentes ipsi, quecunque audierant. Quibus Theodericus + consideratis eciam iram eius magnam esse in corde suo. Attamen nos debemus repente ad servicium Irminfridi preparari. Et quia accipit nobis libertatem nostram, tamen debemus uti corporis nostri.

Et tandem Theodericus congregavit exercitum et cum potencia magna ivit super Thuringos. Unde Irminfridus cum toto robore sue terre obviam dedit illi et convenerunt in Runberch[a] in duobus diebus cum maximo dampno ambarum parcium et tandem Irminfridus dedit fugam cum suis super castrum Schidingen super aquam Unstrad iacentem. Unde Theodericus congregato exercitu suo dissipato ac dominis, qui cum eo erant, inquirens ab eis, utrum Irminfridum sequi deberet an non vel reverti ad propria, aliqui dixerunt, tumulari debere mortuos et remeare ad propria et mederi sauciatos et cum potenciori exercitu reverti. Post hoc Theodericus rex solitarie quesivit ab uno antiquo consiliario suo, quid consuleret. Qui respondit: "In honorabilibus rebus pulchrius est perseverancia fortitudinis, quam secuti sunt patres nostri, quia nunquam vel raro quod agebant iverunt retrorsum et quia ipsi nobis sunt + valde dissimiles, quia multociens cum paucis multos prostravimus. Unde terra illa modo est sub potestate nostra ac dominio. Et si modo revertimur ad terras nostras dedemus ipsis victoriam, quam nos iam habemus. Attamen

Margin notes:
- secrecionem: secrecionem c.
- gideratis
- Theodericus: + fccxLIII[c] ~~Lücke?~~
- [Theode
- [a] Ruberch c.
- [tercia die
- Man. recentissima: Hodierno die sunt nobiles dicti de Schidungen. (in marg.)
- deberet
- remeare
- + f. 293[d]
- modo